UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Eusebiu Tu Pamphilu Ekklēsiastikē Istoria

Eusebius <Caesariensis>

Mogvntiae, 1672

XLII. Quomodo Helena Augusta Constantini mater, Bethleem orandi causâ profecta, has Ecclesias aedificavit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14478

Visual Library

olim contigerat, memoriam honoravit. Atque hæc loca magnifico cultu exornans, ſimul nomen matris ſuæ, cujus operâ ac miniſterio tantum bonum humano generi procurabatur, ad æternam poſterorum memoriam conſecravit.

ρείας μνήμην σεμνύνων· καὶ ταῦτα δ' ἐφιλοκάλως ἐτίμα. τῆς αὐτοῦ μητρὸς, ἣ τοσοῦτον ἀγαθὸν τῷ τῶν ἀνθρώπων διηκονεῖτο βίῳ, διαιωνίζων τὴν μνήμην.

Caput XLII.

Quomodo Helena Auguſta Conſtantini mater, Bethleem orandi cauſâ profecta, has Eccleſias ædificavit.

NAm cùm illa debitum piæ affectionis munus Deo omnium Regi perſolvere decreviſſet, & pro filio ſuo tanto ſcilicet Imperatore, ac pro filiis ejus Cæſaribus Deo cariſsimis, nepotibus ſuis, gratias cum ſupplicationibus agendas ſibi eſſe ſtatuiſſet; quamvis affectâ jam ætate, tamen juvenili animo properavit; mulier ſingulari prudentia; ut terram veneratione dignam perluſtraret, & Orientis provincias, urbéſque ac populos cum regali quadam ſollicitudine ac providentia inviſeret. Poſtquam verò Servatoris noſtri veſtigia debito cultu venerata eſt, prout olim Propheticus ſermo prædixerat: Adoremus, inquit, in loco ubi ſteterunt pedes ejus: continuò pietatis ſuæ fructum poſteris etiam dereliquit. *Pſal. 131.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΜΒ'.

Ὅτι Ἑλένη ἡ βασιλὶς ἡ Κωνσταντίνου μήτηρ, εὐχῆς ἕνεκεν ἀφικνομένη, ταύτας ᾠκοδόμησεν.

ΕΠειδὴ γὰρ αὕτη τῷ παμβασιλεῖ Θεῷ τὰ τῆς εὐσεβοῦς διαθέσεως ἀποδοῦναι χρέα ἔργον ἐποιήσατο, ὑφ' υἱῷ τε βασιλεῖ τοσούτῳ, παισί τε αὐτοῦ Καίσαρσι θεοφιλεστάτοις, αὐτῆς ἐκγόνοις, τὰ χαριστήρια δεῖν ᾤετο δι' εὐχῶν ἀποπληρῶσαι. ἧκε δὴ σπεύδουσα νεανικῶς ἡ πρέσβυς, ὑπερβαλλούσῃ φρονήσει τὴν ἀξιάγαστον ἀνιστορήσουσα γῆν, ἔθνη τε τὰ ἑῷα δήμους ὁμοῦ καὶ λαοὺς βασιλικῷ προμηθείᾳ ἐποψομένη. ὡς δὲ τοῖς βήμασι τοῖς σωτηρίοις τὴν πρέπουσαν ἀπεδίδου προσκύνησιν, ἀκολούθως προφητικῷ λόγῳ φάσκοντι, προσκυνήσωμεν εἰς τὸν τόπον οὗ ἔστησαν οἱ πόδες αὐτοῦ, τῆς οἰκείας εὐσεβείας καρπὸν καὶ τοῖς μετέπειτα παραχρῆμα κατελίμπανεν.

Caput XLIII.

Rurſus de Eccleſia Bethleemitica.

ETenim Deo quem adoraverat, duo ſtatim templa dedicavit: alterum ad ſpeluncam in qua natus eſt Dominus: alterum in eo monte, ex quo in cælum aſcenderat. Nam & Emanuel, quod eſt nobiſcum Deus, ſub terra pro nobis naſci ſuſtinuit; & locus nativitatis ipſius, Bethleem ab Hebræis eſt appellatus. Ideóque Dei amantiſsima Auguſta, Deiparæ Virginis partum eximiis monumentis ornavit; ſacram illam ſpeluncam omni cultus genere illuſtrans. Nec multo poſt Imperator eandem Domini nativitatem regalibus donariis honoravit; variis ex auro & argento monumentis, veliſque acu pictis, matris ſuæ cumulans magnificentiam. Præterea Imperatoris quidem mater in memoriam Aſcenſionis Chriſti omnium Servatoris, in monte Olivarum ſublimia exſtruxit ædificia; in ipſo montis vertice ſacram erigens ædem cum templo. Hic porrò Servatorem omnium Chriſtum, arcanis my-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΜΓ'.

Ἔτι περὶ ἐκκλησίας ἐν Βηθλεέμ.

ΑΥτίκα δ' οὖν τῷ προσκυνηθέντι Θεῷ δύο νεὼς ἀφιέρου. τὸν μὲν πρὸς τῷ τῆς γεννήσεως ἄντρῳ. τὸν δ' ἐπὶ τοῦ τῆς ἀναλήψεως ὄρους. καὶ γὰρ καὶ γέννησιν ὑπὸ γῆν ὁ μεθ' ἡμῶν Θεὸς δι' ἡμᾶς ἠνέσχετο. καὶ τόπος αὐτοῦ τῆς ἐνσάρκου γεννήσεως, ὀνόματι παρ' Ἑβραίοις ἡ Βηθλεὲμ ἐκηρύττετο. διὸ δὴ βασιλὶς ἡ θεοσεβεστάτη τῆς θεοτόκου τὴν κύησιν μνήμασι θαυμαστοῖς κατεκόσμει, παντοίως τὸ τῇδε ἱερὸν ἄντρον φαιδρύνουσα. βασιλεὺς δὲ μικρὸν ὕστερον βασιλικοῖς ἀναθήμασι καὶ ταύτην ἐτίμα. τοῖς ἐξ ἀργύρου καὶ χρυσοῦ κειμηλίοις, παραπετάσμασί τε ποικίλοις τὰς τῆς μητρὸς ἐπαύξων φιλοκαλίας. πάλιν δ' ἡ μὲν βασιλέως μήτηρ τῆς εἰς οὐρανοὺς πορείας τοῦ τῶν ὅλων σωτῆρος, ἐπὶ τοῦ τῶν ἐλαιῶν ὄρους τὴν μνήμην ἐπηρμέναις οἰκοδομίαις ἀνύψου. ἄνω πρὸς ταῖς ἀκρωρείαις παρὰ τὴν τοῦ παντὸς ὄρους κορυφὴν, ἱερὸν οἶκον ἐκκλησίας ἀνεγείρουσα, νεών τε κἀνταῦθα